Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift





que sub huiusce questionis discussione ubi disputauum non usq; fa
cilitate memoria coplecti cogitor poterit. que sparsim edissertata. quaq;
uti arbitror cuncta s. collectim strictimq; et uelut pucetati sub intuitus
oculis redigi. et reuisenda simul recognoscendaq; egessi. Deus incor
porius est. humani uero imago aut dei est humani animi. quo adsimilitudi
ne et imagine dei factus est homo. Cuius imago incorporea corpus esse
non potest. Igitur quia imago dei est humani animi incorporius est animus hu
manus. Omne inlocale incorporeum quoq; est. porro uera corporis anima est.
et incorporeum uiuentem. ita uiuit pars minima corporis. qua totum corpus
tantum quantum uiuit inparte corporis est. quantum intuetur corporis. et uera hec
anima est. nec locale est quod tam magnum est intuetur. qua in aliquo. et ita
magnum inparuo qua in magno. Non igitur localis est animus. Itaque quod
inlocale est. corporeum non est. Igitur anima corpus non est. Item ratio
nalis anima rationalis. et substantialis inest animae rationuari et
ratio incorporalis atq; inlocalis est. Igitur incorporalis est anima.
Item uoluntas animae substantia est. Et sicuta uult anima
tota uoluntas est. et uoluntas corpus non est. Igitur anima non est
corpus. Item memoria inlocalis quedam capacitas est. que nec multi
tudine recordabilium distenditur. nec paucitate tenuatur. et incorpo
ralia et ea corporalium reminiscitur. Et cui meminit animus. uti meminit.
et uti memoria est qua meminit uti. et memoria corpus non est.
Non igitur corpus est animus. Item corpus inparte sui tactum ibi simul. ubi
tangitur. animus autem per totum corpus. hoc est per partes corporis uti simul.
Huiusmodi uero sensus inlocalis est. et omne inlocale incorporeum est. In
corporea igitur est omnis anima. Item corpus nec adpinquat deo. nec
recedit a deo. animus autem et propinquat et longinquat. inlocaliter. Igitur
animus non est corpus. Item corpus mouetur per locum. animus autem pleniter
non mouetur. Animus igitur non est corpus. Item longitudo. latitudo et
altitudo incorporea s. et quicquid huiusce carnis non est corpus.
huiusce autem carnis animus corpus igitur non est. Dexterum. sinis
trum. sursum. deorsum. anterius et posterius inomina sunt corporum.